Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Vider aut t assumptiones falsas et eiectiones. Samech Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per uia sibilauerunt et mouerunt capitibus suis super filiam ierusalem. hecccine est urbs dicentes perfecti decoris gaudium uniuerse terre. Ain. Dapuerunt super te omnes inimici tui. Sibilauerunt et fremuerunt dentibus dixerunt deuorauimus ea. Ecce ista est dies quam fecerpectabamus inuenimus uidimus. Fe. Fecit dominus quod cogitauit impleuit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis. Destruxit et non pepercit et letificauit super te inimicum. exaltauit cornu hostium tuorum. Sad. Clamauit cor eorum ad dominum super muros filie sion. Deduc quasi torrentem lacrimas per die et nocte. non det requiem tibi neque taceat pupilla oculi tui. Ph. Consurge et lauda in nocte in principio uigilium effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt infame in capite omnium conpetorum. Res Vide domine et considera quem uindemiauisti ita. Ergo ne comedent mulieres fructum suum paruulos ad mensuram palme. Si occidit in sanctuario domini sacerdos et prophe.

Sin. Iacuerunt in terra foris puer et senex uirgines mee et iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui percussisti nec misertus es. Thau Vocasti quasi ad diem sollempnem qui terrerent me undique. Et non fuit in die furoris domini. qui effugiet et relinquetur. Quos educauit et nutriuit inimicus meus consumpsit eos. A l e p h.

Ego uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis eius. Me minauit et adduxit in tenebris et non in lucem. Tantum in me uertit et conuertit manum suam tota die. Beth Vetustam fecit pellem meam et carnem meam et contriuit ossa mea. Edificauit in gyro meo et circumdedit me felle et labore. In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Gimel Circumedificauit aduersum me ut non egrediar adgrauauit compedem meam. Etiam cum clamauero et orauero excluisit orationem meam. Conclusit uias meas lapidibus quadris semitas subuertit. Deleth Vrsus insidians factus est mihi leo in ab